



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Bonfilivs Ord. Serv. B. M. V. 8. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

tumulum suis cælum funalibus ornavit, Frisinga pro Asylo habet. Ex tom. I. Annal. Boio.

B. BONFILIVS ORD. SERV.
B. M. V. 8. Septembris.

Quid Roma pileum, quid secundum libertatem vindicias crepas? ego iterum illos laudo, qui pulchram servitutem sub Mariæ nomine circumferunt. Tu felicissima servitutis cunabula audi. Fuit jam olim nobilis inter civis Florentinos Societas VIRGINI sacra. Hi dum ex more festum calo translata diem agunt, BONFILIVS pars magna & ipse horum, quinique alii faces subdi pectori senserunt, quibus, ut se totos VIRGINI manciparent, inflammabantur. Nec mora, vitam opesq; veteres cum veste ponunt, & novus ipso Nata VIRGINIS die, peculiaris eidem coetus enascitur, Ardingi primò id loci Antistitis, tum Innocent. IV. Pont. Max. autoritate probatus: cumque stipem colligentes infantes faciendo miraculo *Servos VIRGINIS* clamitarent, id hodieque scilicet nomen ferunt. Iam incrementa ordinis promisit vitis, quæ sub vernum tempus sata, mox DOMINÆ luce (quæ Salutata ab Angelo colimus) & florem & gemmam adeoque uvam exhibuit. Sed & vestes servis suis Deipara

ob-

9. SEPT. *Vita Sanctorum.* 493
obtulit pullas, quibus & FILIVM
patientem & viduam MATREM
lugerent. BONFILIO deinde ad
pileum voce caelesti evocato testimo-
nium sanctitatis in vultu splendor, in
toto corpore odor dixerunt, & iusta
hominibus permixti Calites illis ver-
bis cecinerunt; *subvenite Sancti DEI*
& *exaudite.* Tales exequias *servi VIR-*
GINIS merentur, alias sperate qui li-
berti, qui libertini amatis audire. *Ex*
Ordin. ipsius monum.

S. AVDOMARVS EPISC.

9. Septembris.

Coepit AVDOMARVS tunc
vivere, cum desiit mater; quando
nimirum a morte hujus cum patre
mori mundo inter Ascetas ocepit. Iu-
cundum credo videre caelo erat, patrem
una & filium in eadem virtutis schola
discere, miraculo eo majori, quod ad
hanc filius patrem duxerat. Quid jam
mirum, si mira alia quam plurima pa-
travit AVDOMARVS, si radiare
e ligno crucem, si exsurgere e lectulis
agros, e vinculis captivos iussit? Nos
duo tantum scribemus, quorum pueri
unum, alterum bis pueri senes legant.
Episcopus jam Morinensis adolescenti
interdixerat, ne cymba in aquis lude-
ret. Risit ille, & iussit. Sed in obsequen-
tem venti fluctusque in altum, inde e

1. 1. 1.

Li 3

Gal.